

mirandorum omnium summum lascivia definet! Itane Scriptura sacra  
omni exceptione majora testimonia, ac cordatiorum Ecclesie Patrum suffragi  
plane posthabentur. Tanta, tanta quorundam est malitia: ut vel ipso Sole  
cantiosem veritatem delere remis velisq; contendant. Scio equidem, quo V  
ritatis fores fundamento nitantur. Nimirum, Deum passum, Deum mortu  
um esse, inter absurdissima absurdissimorum absurdorum absurda numerat  
vel propterea, quod impassibilis Deus, utpote supra omnem violentiam, supra  
omne dominium, supra omnem metum corruptionis passus. At vero non  
intelligunt illi mysterii hujus profunditatem. Fateor, sine humana natura  
impassibilem esse Deum ob naturae suae perfectionem, adeoque ipsum nec pati  
nec mori potuisse extra carnem: nec tamen solius humanitatis est pati  
mori. Postquam enim semel ad usq; erecta est humanitas, ubi divina  
subsistentia communicationem accepit, inq; perpetuum aeterna Majestatis ad  
sola consortium, supra omnia eminet, nec sola aliquid agere vel pati, imo  
nec sola mori potuit. Ergo verò aut passus, aut etiam mortuus est in ea, et  
per eam summus Deus, unigenitus Dei Filius: quippe qui se humane na  
tura intimè communicaverat per Unionis personalis miraculum: qui & eam  
sibi supra omnem omnium creaturarum conditionem propriam fece  
rat per erectionis Mysterium. Impius, me-Christe, est; qui Admirandum  
hoc Unionis, Deus est homo, illo interpretamento dehonestat, homo è homo.  
Ita nec minus turpi cavillatione Admiranda Passionis ac Mortis Domini  
ca foedat, qui Thesis, Deus est passus ac mortuus, interpretatur, humani  
tas passa est & mortua. Quin palmam potius palmarium hoc Admi  
randorum Passionis ac Mortis Dominica retinet heic: Ipse Deus passus, ipse  
Deus mortuus est. Verum, ne diutius quam par est, in una Orationis  
parte haerere videar, alio se convertit Oratio, iusto ordine ad id desupe  
rans, quod prius Passionis ac Mortis Dominica Admirandum paulò  
gravius, ipsumq; liberalius reddit. Excedit omnino eò hoc Intellectum  
nostrum, adeoque summum Admirationis affectu prosequendum: quod Passio ac  
Mors Dominica non fortè fortuna, aut inevitabili quadam ac fatali ne  
cessitate contigerit, sed liberrima extiterit ac qsi advocata. Videamus ope  
rantem in hoc sanctissimo Salutis humanae negotio totam personam.  
Divinitas siquidem sapientissimo consilio tragicam illam Passionem ac Mor  
tem voluit: divinitas sanctissimo nutu permisit: divinitas inter tormen  
ta fatiscentem humanitatem, ut molli & atrocitati rerum gerendarum par  
esse posset, sustentavit: Divinitas illos dolores, isthaec vulnera, ut beatitudi  
nis mortalibus largirentur semina, impraegnavit ac fecundavit.  
Videor mihi, videor, Auditores suspiciendi, coram Discipulis adstantem  
intueri Optimum Salutis nostrae Vindicem, atq; ipsum hunc in mo  
dum de spontanea Passione sua ac Morte plena Majestatis voce  
loquentem audire: